

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficiarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

270. An hic nomine beneficii simplicis, in ordine ad quod cum illegitimo
dispensare potest Episcopus, veniant etiam dignitates, personatus,
canonicatus, & portiones cathedrales, non habentes annexam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

obtinere valeat, cap. I. de fil. presb. Barb. loc. cit. Navar. l. 3. cons. 9. de prab. Rebuff. in praxi loc. cit. num. 83. Sanch. l. 8. de marr. d. 31. num. 6. contra Sylv. v. beneficium. q. 11. num. 14. Jo. Andr. ad c. de fil. presb. in 6. Ac denique Episcopus cum illegitimo dispensare non poterit, nisi in uno tantum beneficio simplici, cum textus cap. I. de fil. presb. ubi Episcopo confertur haec potestas dispensandi, loquatur in singulari, Garc. p. 7. cap. 2. num. 50. Sa. v. beneficium. num. 19. Pass. num. 194. Azor. loc. cit. c. 3. q. 12. ubi idem sic aetiat, ut Episcopus habens alias à Trident. sess. 24. c. 27. potestatem conferendi duo beneficia simplicia, quorum neutrum est sufficiens ad sustentationem, id nequeat respectu Clerici illegitimi.

Questio 270. An hic nomine beneficij simplicis, in ordine, ad quod cum illegitimo dispensare potest Episcopus, veniant etiam dignitates & personatus, Canoniciatus, & portiones Cathedrales, non habentes annexam curam animarum, beneficium simplex habens annexum sacrum Ordinem, vel cui accessoriè tantum annexetur cura animarum; vel quid ex consuetudine prescripta, aut statuto jurato, vel confirmatio à Pontifice requirit legitimitatem?

1. Respondeo ad primum negativè: et si enim cura careant, ratione tamen præminentia, & quia curatis ferè aequiparantur, c. dudum. de elect. speciale dispensationem, nempe Papa, exigunt, c. fin. de filius presb. Suar. loc. cit. s. 5. num. 6. Azor. loc. cit. c. 3. q. 3. Less. l. 2. c. 34. n. 86. Pass. loc. cit. n. 195. Barb. de off. Ep. alleg. 45. n. 29. Garc. p. 7. c. 2. n. 53. & juxta hoc intelligenda illa restrictio c. I. de fil. presb. in 6to. modo beneficium (subintellige cui cura animarum annexa non est) sit rale, super quo per Episcopum valeat dispensari.

2. Respondeo ad secundum affirmativè: Canoniciatus enim Cathedralis, multoq[ue] minus Collegiate Ecclesia est dignitas, aut beneficium curatum; conceditur autem c. I. de fil. presb. in 6. absolute Episcopis facultas dispensandi cum illegitimis ad beneficia non curata, verumque id est, non tantum de jure antiquo, sed & post Trid. Suar. loc. cit. Azor. loc. cit. q. 11. Navar. l. 1. cons. 4. de fil. presb. Pass. n. 197. Idque etiam dum juxta illius decretum Canoniciatu[m] Cathedrali annexus esset ficer Ordo; nam non tantum post obtinendam à Papa dispensationem ad sacros Ordines (cum per hoc non sit dispensatum quoad beneficium) poterit Episcopus jam dispensare cum tali ad Canoniciatum Cathedrali Pass. loc. cit. Garc. loc. cit. n. 68. Less. l. 2. c. 34. dub. 18. n. 86. Verum etiam ante illam (quidquid sit de eo, num in tali casu valeret actualiter provisio de tali beneficio, saltem valeret dispensatio) Pass. loc. cit. ubi nimur Ordo ficer non requirit actu ad Canoniciatum (idem dic de alio beneficio non curato habente annexum sacrum Ordinem) sed intra tempus à jure statutum, intra quod obtainere potest dispensationem ad sacros Ordines. Archid. Anch. Lapus ad cit. c. 1. Azor. loc. cit. q. 15. Pass. loc. cit. Pirrh. ad tit. de fil. presb. n. 16. contra Zerol. Imol. & Gemin. ad cit. c. 1.

3. Respondeo ad tertium etiam affirmativè: Less. loc. cit. n. 87. Azor. loc. cit. q. 14. Barb. de off. Ep. al-

leg. 54. n. 24. Gonz. ad reg. 8. canc. Gl. 5. §. 7. n. 18. Pass. nu. 189. beneficium enim accessoriè unitum alteri non confertur per se, sed tantum accessoriè cum principali, cuius naturam & conditionem sequitur, AA. iudicem Pirrh. loc. cit. & licet ipsa dispensatio sit stricti juris, facultas tamen dispensandi concessa in lege Superiori est favorabilis, & latè explicanda. Sylv. V. beneficium. q. 7. Gemin. in c. is qui, de fil. presb. in 6to. Limitat tamen hoc ipsum Pass. nu. 199. ad beneficium simplex ita habens annexam accessoriè curam, ut beneficiarius non possit per se ipsum exercere hanc curam, sed solum habeat jus & onus curandi istas animas per Vicarium, ut & tunc necesse non est, ut habeat qualitates Parochorum, vel habentium curam animalium, puta eratam, scientiam &c. secùs si ipse exercere potest actum jurisdictionis spiritualis circa illas animas, ed quod tunc beneficium hoc mutatum sit, & transierit de simplici in curatum. Vide de hoc Barb. de off. Ep. p. 1. tit. 2. Gl. 17. n. 41. & ad c. ult. de officio Vicarii.

4. Respondeo ad quartum negativè: Less. Pirrh. loc. cit. Azor. loc. cit. q. 12. Pass. nu. 200. remittens ad Franc. & Gemin. in c. I. de fil. presb. in 6. ubi uterque n. 8.

Questio 271. Quisnam dispensare possit cum illegitimis religiosis in ordine ad Prælaturas, tam in quam extra Ordinem consequendas; suppono enim cum communi (de quo vide Suar. cit. l. 5. n. 18. Pass. n. 207.) contra Gratian. & quosdam alios, referentes pro se plures canones, non posse ullà vita probitatem sine dispensatione tolli hanc inhabilitatem, utpote non fundatam in delicto personali, sed in vili conditione, & quadam indecentia & infamia orta ex eo, quod natus quis sit ex turpi parentum incontinentia, ut Suar. loc. cit. n. 5.

1. Respondeo primò: iure communi id potest solus Papa cit. c. 1. & c. fin. tit. eod. Rodriq. to. 1. qq. regular. q. 13. a. 6. Pass. cit. c. 25. n. 208. Suar. & alii plures contra Peyr. in prel. q. 2. c. 5. num. 143. quatenus putat facultatem dispensandi in irregularitate ex delicto, quæ competit Episcopo, adeoque etiam Prælatis regularibus respectu suorum, utpote favorabilem, extendi ad irregularitatem illegitimitatis, saltem dum occulta est. Verum rectè dicitur verba non esse extendenda ad sensus improprios, & abusivos, ut hic fieret, cum juxta communem intelligentiam illa irregularitas sit ex delicto, quæ est ex delicto personali. Pass. loc. cit. insuper major est irregularitas orta ex defectu naturalium, quam ex delicto personali. Pass. ibid.

2. Respondeo secundò, posse nihilominus ex privilegio concessò mendicantibus à Sixto IV. revocato quidem à Sixto V. restituto tamen à Gregor. 14. ut etiam videtur est ex mari magno Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, Carmelitarum apud Lezan. §. 42. 44. 49. &c. & ex const. Pauli III. pro Societate, quæ incipit licet debitum. Superiores Regularium (puta Generales, Provinciales, eorumque Vicarios, Superiores locales, attendendo tamen in hoc cujusque religionis specialia statuta, & consuetudines. Pass. nu. 216. & seq.) cum suis subditis illegitimis, quoad dignitates, prælaturas, administrationes, officia sui Ordinis (inter

quz